Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

b. theem et samsai scribe scri-
bebat epistolam hanc de ihe-
rusalem artaxerxi regi hu-
iusmodi. Regum beel theem
et samsai scribe et reliqui
oppidatores eorum. dynei et
apharsathei. therphalei. ar-
phaxei. hethnei. babilonii susa-
nathei. dyei et elamite et reli-
qui de gentibus quas transtulit asar
hanasar magnus et gloriosus
et habitare eas fecit in ciuitati-
bus samarie et in reliquis trans
fluuium. hoc est exemplar epistole
c. quam miserunt ad eum. artaxer-
xes regi servis tuis vir qui sunt
trans fluuium salutem dicunt
notum sit regi. quoniam iudei qui as-
cenderunt a te ad nos venerunt
in iherusalem ciuitatem rebellem et
pessimam: quam edificant extru-
ctis muros eius et parietes
componentes. Nunc igitur notum
sit regi. quia si ciuitas illa
edificata fuerit. et muri eius
instaurati. tributum et vecti-
gal et annuos redditus non
d. dabunt. et usque ad reges hec
nocua pertinet. Nos ergo me-
mores salis quod in palatio co-
medimus. quia legiones regis
videre nephas ducimus. propter
hoc misimus et significamus regi
ut inquiratur in libris hystoria
tui patris tui. et inuenies
scriptum in commentariis et scies
quoniam urbs illa urbs rebelle
est. et nocens regibus et prouin-
ciis et bella in ea conciitan-
tur ex diebus antiquis quam
e. obrem et ciuitas illa destruc-
ta est. Nunciamus nos regi
quoniam si ciuitas illa edificata
fuerit. et muri eius instaurati

ti possessionis tuis fluuium non
habebis. Sermo quem misit rex
ad rehum beel theem et sam-
sai scribam: et ad reliquos qui
erant in oppido eorum habitato-
res samarie. et ceteris trans
fluuium. salutem dicens et pace
dampnato quod misisti ad nos:
manifeste lecta est coram me. et
f. a precepto meo. et reconquisi-
uimus quoniam ciuitas illa
a diebus antiquis adversum
reges rebellat: et seditiones
et prelia conflantur in ea. Nam
et reges fortissimi erant in ihe-
rusalem. qui et dominati sunt o-
mni regioni quae trans fluuium est. et tri-
butum quoque et vectigal. et red-
ditus acquirebant. Nunc ergo au-
dite sententiam ut prohibeatis
viros illos. et urbs illa non
edificetur: donec si forte a me
g. missum fuerit. Videte ne ne-
gligenter hoc impleatis: et
paulatim crescat malum coram
regibus. Tunc exemplum edicti ar-
taxersis regis lecti est coram
rehum beel theem et samsai scri-
ba. et consiliariis eorum. et abi-
erunt festini in iherusalem ad iu-
deos. et prohibuerunt eos in bracchio
et robore. Tunc intermissum est opus domus dei in ihe-
rusalem. et non fiebat usque ad
annum secundum regni darii re-
gis persarum:- .v.

h. Prophetauerunt autem
aggeus propheta. et
zacharias filius addo
prophetantes ad iudeos qui erant
in iuda et iherusalem in nomine dei
israel. Tunc surrexerunt zorobabel
filius salathiel. et iosue
filius iosedech. et ceperunt
edificare templum domini in iheru